ego praecepi et semel et iterum ut ubi cumque
inuenti fuerint puniantur. aut offerent diis in
mortalibus; Respondit palmatius dicens; Per
claritatem uestram. ego audiui dum tristis essem
propter signum quod factum est. quomodo canti
cis et incantatoribus in quodam loco clamabant.
in regione trans tiberim multitudo xpianorum;
unde non mirum causam fecit hoc signum; Dicit
ei alexander; Accipe potestatem ut ubicumq. eos
inueneris. trahas ad sacrificandum ad placandos
deos. aut certe exquisitis eos tormentis afflige.
Tunc palmatius accepta potestate et collecta
multitudine militum. uenit trans tiberim ubi col
lecta erat multitudo xpianorum cum beato calixto.
inter quos erat calipodius senex prbr; et uenientes
in quoddam cenaculum. ingressi sunt decem milites;
et dum ingressi fuissent. omnes hi decem milites su
bito caeci facti sunt; Respondit calepodius prbr se
nex et dixit; filii mei quem quaeritis. Illi autem
clamabant dicentes; Accendite nobis lumina. alii
lucernas. alii lucernas. quia obscuratus est ante
nos locus iste; Dixit autem calepodius prbr; ds
qui uidet omnia. ipse caecauit oculos uestros;
Tunc palpantes illi descenderunt de cenaculo caecati.
haec autem cum uidisset palmatius timore territus.
fugens nuntiauit omnia alexandro; eodem die
alexander iussit ut milites qui caeci facti fuerant
in conspectu suo deducerentur; et dum cognouisset
milites. coepit clamare; O ciues optimi. uidetis ma
gicam artem. Respondit palmatius et dixit; si
per magiam istud factum est. ubi sunt uirtutes
deorum nostrorum. Iubeat itaq. pietas uestra
offerri et immolari diis. ne pereat res publica tua
per eorum incantatione; et praecepit alexander.
ut immolaretur mercurio. et responsa cognosce
ret; Emanauit autem praeceptum uniuerso uulgo.
ut omnes ad capitolium occurrerent de urbe roma.
ita tamen ut qui inuenti fuissent in habitaculis suis
die mercorii omnes interficerentur; et misso

praecone. ita declaratum est. ut omne uulgus die
mercurii sine dilatione ad capitolium occurrat;
palmatius uero cum omni domo sua uenit ad capito
lium cum porcis et uitulis; et factum est dum occisi
one pecudum effunderetur sanguis. et incantarent
carminibus sacerdotes. bacchantur uirgines templi;
quarum una nomine iuliana arrepta a demonio cla
mabat dicens. Ds calixti. ipse est ds uiuus et uerus.
quia ipse indignatus est pollutionibus rei publicae
uestrae. et conteret regem mortalem uestrum.
quia non adoratis ueritatem; Audiens hoc palma
tius. solus cucurrit ad beatum calixtum in regio
nem trans tiberim in urbe rauennantium. et misit
se praecipitans. et introiuit in domum ubi collec
ta erat multitudo xpianorum. et cecidit ad pedes
beati calixti epi dicens; Cognoui dnm dm xpm ee
uerum quem demones confessi sunt hodie; per
ipsum te coniuro. ut liberes me a cultura demonu
et lapidum. et baptizes me sicut praedicas; Dicit
ei calixtus eps; noli errando deridere ueritate;
Respondit palmatius cum lacrimis dicens; Domi
ne mi non derideo. quia cognoui in ceciitate.
et in responso uirginum. quia dns ds xps. e; Re
spondit calepodius prbr senex. et dixit ad calixtu
epm; beatissime. petenti baptismum. noli nega
re. Eodem tempore indixit ei ieiunium usq. in noctem
et catecizauit eum. et adlata aqua de nympha
putei qui erat in eadem domo benedixit. et depo
situm palmatium in pelui
m. dixit ei beatus ca
lixtus eps; Credis ex toto corde in dnm patrem
omnipotentem. factorem omnium uisibilium om
nium et inuisibilium. et respondit palmatius.
Credo; et dixit ei; et in xpm ihm filium eius. qui
natus est de spu sco et maria uirgine. Respondit
palmatius. Credo. et dixit ei. et in spm scm et scam
ecclesiam. remissionem peccatorum. carnis resur
rectionem. et exclamauit uoce magna palmatius
cum lacrimis. Credo dne; Ex eadem hora coepit cla
mare et dicere. Uere uidi dnm ihm xpm. lumen ueru

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0263